



**D. Marcvs Evangelista. Rodolphi Gvaltheri Tigurini in  
Euangelium Iesu Christi secundum Marcum Homiliæ  
CXXXIX.**

**Gwalther, Rudolf**

**[S.l.], 1570**

**VD16 W 1048**

Homilia CXVI. Ac primo die Azymorum, quando pascha sacrificabant, dicunt ei discipuli sui; Vbi uis ut profecti paremus ut edas pascha? Et mittit duos è discipulis suis, & dicit eis: Abite in ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71833](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71833)

Ac primo die Azymorum, quando pascha sacrificabant, dicitur ei discipulis suis, & dicit eis: Abite in ciuitatem, & occurret uobis quidam amphoram aquae baiulans, sequimini eum. Et quocumque introierit, dicitite patrifamiliās: Magister dicit, Vbi est diuerforium, ubi pascha cum discipulis meis edam: Et ipse uobis indicabit coenaculum magnum, stratum, paratum: illic parate nobis. Et abierunt discipuli eius, ueneruntque in ciuitatem, & inuenerunt sicut dixerat eis, & parauerunt pascha. Et cum uespera esset, uenit cum duodecim.

Argumentum  
& usus presen-  
tis loci.

Quoniam Dei filius hanc uiam ob causam in cruce mortuus est, ut miseris nos sua meritis merito ex peccati & mortis aeternae tyrannide affereret, passionis ipsius historiam in adhaerentibus Euangeliste, ut in singulis eius partibus suae circumstantiis uniuersa nostra redemptionis & salutis ratio eluceat. Vidimus hoc in ijs, quae hucusque de tempore & de ijs dicta sunt, qui inter omnes praecipui mortis ipsius auctores fuerunt. Imprimis uero huc pertinet uicima Cena, quam discipulis suis habuit. Ordinetur enim haec ab epulo paschali, quo ipsum Christum & saluum nos a mysteriis adumbrata fuisse nuper diximus. Deinde suam Cenam instituit, quae non solum continet, uerum etiam officij admonet, quod tam ipsi Christo quam hominibus debemus: sicut supra dicitur. Accedunt his multa alia, quae ad nostram institutionem & consolationem faciunt. In praesenti uero narratur, ut misis duobus discipulis Cenam hanc preparari curauerit, quo loco lucetum exhibitus suae diuinitatis specimen, & in discipulis fidei & industrie exemplum proponit, cuius uestigia nos etiam sequi decet.

Discipuli quae-  
runt de loco pa-  
schatis.

Principio discipuli producantur, qui primo die Azymorum, quo agnus paschalis mactari solent ex legis praescripto, Christum rogauerunt ubi nam epulum hoc parari uellet. Quarunt autem non curiositate adducti, sed quia id factum opus erat, & quod Christo rem gratam facere cupiant. Nihil enim illum hactenus diligenter obseruasse quacumque in lege praecipitur, imprimis uero paschalis festum, quod praeter alijs singulari diligentia & religione Deus agere iusserat. Quartus ergo praecipuus iubeatur, & ita Christo suam operam offerunt sponte. Imitentur hos quicumque, Christum seruetur. Quia enim ipse propter nos serui formam suscepit, turpe foret, si qui illius merito redempti sumus, suum illi officium denegent. Ne tamen carnis nostrae affectibus decepti aberremus, ex ipsius uersendum est, quid fieri uelit, & quam nos in singulis rationem sequi oporteat.

Exod. 13.  
Leuit. 23.  
Philip. 2.

Christus sacra-  
mentis ipse us-  
sus est.

Cum primis uero obseruatu dignum est ipsius Christi exemplum, qui sacramentis à Deo patris institutis tam diligenter usus est. Scimus enim ipsum circumcisum quos fuisse, & post impleri purgationis dies in templum deportatum fuisse, ut Domino sisteretur. Imò puer adhuc parentis Hieronymi manum euntes comitatus est, & postea diebus festis frequenter interfuit. Adhaec ab Ioanne baptista uoluit, & illo hoc facere renuente, dixit: Sic decet, ut impleamus omnem iustitiam. At qui sacramentis modicum opus habebat, cum is ipse sit, quem illa nobis adumbrant. Quia tamen homo factus erat, iustitiam subiici uoluit, tum ut ab huius maledictione nos liberaret, tum ut nos suo exemplo doceret, quae obseruancia & religione in ijs nos uersari conueniat, quae Deus nobis praescripsit. Arguit ergo nos, qui sacramenta pro superuacaneis contemnunt, & ab illis uel omnino abstinent, uel saltem ab his, quae religione in iisdem uersantur. Clamant illi: Nemo nouit filium nisi pater, neque patrem qui quis nouit nisi filius, & cuiusque uoluerit filium reuelare. Item: Nemo uenit ad me, nisi pater meus traxerit eum. Et rursus: Nihil est qui plantat, neque qui rigat, sed Deus, qui dat incrementum. Uere quidem haec dicuntur ab ipso Christo, & Apostolo, sed eade illi perperam detorquent. Esi enim uniuersa saluatio ratio ex mera Dei gratia dependeat, et fides Dei donum sit, non tamen ideo tolli debet Dei uerbo & ministerium, quo ille nobis fidem atque salutem largiri consueuit. At qui uerbo externo & sacramentis Deum iam inde ab ipsa rerum origine usum fuisse in hominibus erudiendis, notius est quam ut multum deum strari oporteat. Misit uerbum suum (inquit Psaltes) & sanauit eos. Et ut otium Istrateis extenuat.

Luc. 2.  
Math. 3.  
Math. 11.  
Ioan. 6.  
1. Corinth. 3.  
Ephes. 2.  
Psalm. 107.







zem Christi, Christus verò Dei, &c. Et propter pios mando rosi benefaciat Deus, propter hos solent  
viri facit, propter hos pluuia celo demittit, propter hos terram fecundat, propter hos etiam in reges  
victorias & pacem largitur, vt in illis sua ecclesia hospicia constituat. Interim hi ipsi se in reges  
exosi sunt, incerti sedibus vagantur, & victu necessario plerunque destituntur. At non inuicem  
nit terram hanc mundi ingravitudinem Deus, cuius iusto iudicio fit, vt qui ipsum in membris suis  
terra eiecerit conantur, mutuis bellis se inuicem lacerent, ne huius seculi bonis fruantur, in quibus  
mitem salutis spem collocatam habent. Interim consoletur nos Christi exemplum, nec propter nos  
paupertatis ipsius socios fieri, qui nos sibi celestis regni coheredes adoptauit, & qui inter omnes  
afflictiones nobis adest, & prater omnem hominum expectationem suos mirifice sustentat. Nam  
qui in presenti sibi ipsi & discipulis hospitium tam facile inuenire potuit, idem etiam bodie homi-  
num corda manu sua flectit & gubernat, vt cultoribus suis bene velim, aut etiam maioribus  
beneficiant.

Christi diuini-  
tatis.

Ceterum in extrema hac paupertate Christus sua etiam diuinitatis specimen luculentum ex-  
hibet. Nam absens corpore videt quid in vrbe rerum agatur, & simul in hominum animis agit  
ficaciter. Illius enim virtute fit, quod eo ipso temporis momento ad portam venit qui agnatum ma-  
rat, quo discipuli vrbem ingressi sunt. Idem ipse etiam patrisfamilias animum flectit, ne ipsi et  
discipulis hospitium neget. Sunt huius generis multa, quae Euangelicam historiam legendis passim  
occurrunt. Huius autem miraculi in presenti vsus fuit, quod offendiculo crucis mederi voluit: ne  
scilicet de diuina ipsius potentia dubitarent, quando illum in cruce mortuum visuri erant. Ne-  
minis autem nos consolari debet historia huius consideratio. Qui enim cum mortali aduocato  
inductus esset, omnia vidit & vbique operari potuit: idem multo magis nunc in celesti gloria  
omnia nouit, & omnibus pro suo arbitrio imperat. Et licet corpus suum in calos subleuauerit, spem  
suo & virtute vbique praesens est, sicuti discipulis olim promisit. Videt ergo nos periclitantes, videt  
exulantes, videt in carceribus gementes, videt in tormentis euilantes, videt cum moribus & viti-  
rum terroribus luctantes & nec externa modo hac videt quae patimur, sed ipsos animos intuetur, et  
in illis ea agit, quae nostrae salutem adiuuant. Quid ergo afflictionibus offendimur? aut cur nobis gra-  
ue videtur, in illius conspectu pugnare, qui non modo favore suo pugnantes prosequitur, sed ipsam  
uas subinde vires suggerit, quibus hostilem potentiam omnem vincant, et promisso aeternae beatitudinis  
brauium potiantur? Praeterea ad vitam & morum institutionem multum facit diligens & frequens  
rum meditatio. Vt enim aquae amphora onustum vidit, etsi corpore suo ab vrbe longius absisset, uis-  
die etiam omnium nostrarum actionum, imò doctorum quoque & cogitationum spectator est. Videt ergo  
etiam nimio vino madentes, videt scorantes & mechantes, videt sanguine fundentes innoxios, videt  
det blasphemos, videt iura publica vendentes, sacra cauponantes, impostores, peritros, & quos  
viam scelerum designatur, vno intuitu videt, nec quicquam illius oculos potest subterfugere. Vnde  
autem non instat otiosi spectatoris, verum idem iusta bilance nostra omnia ponderat, & cum uis-  
renturus est, quando illius tribunali omnes sibi oportet, ac libri aperientur, vt quisq; in corpore sua  
gna factis suis premia recipiat. Haec quicquid cogitant, nisi toti stipites sint, na multos adflectunt, ad  
que prauis cupiditatibus & cogitationibus inflamantur. Sed o deplorata nostri seculi corruptio, cum  
quando pleriq; hominum aut nunquam de istis cogitant, aut si cogitant, tamen effreni licentia in omnia  
scelus ruunt, & ipsi sibi nouas opiniones fingunt, quibus omnem diuini iudicij metum eludant.

Ioan. 14.  
Matth. 18. 28.

2. Corinth. 5.  
Dan. 7.

Discipuli Chri-  
sto obtemperant.

Sed postremam huius loci partem videamus, qua discipuli ab ipso dicuntur, & omnia reperiunt  
cui Christus praedixerat. Vbi in discipulis obedientia Christiana exemplum habemus. Pater  
Hierosolymam Christo inimicam esse sciebat. Hospes vero etsi nomine notus erat fortasse, aded tamen exigua aut nulla cum illo familiaritas  
intercesserat, vt ne domum quidem eius scirent. Adhuc non vllum aliud tempus in omni diebus  
poteras, quo illum de hospitio appellarent, cum propter ingentem peregrinorum concursum vrbe  
lus aliquis in vrbe vacuus maneret. At omnia haec vincit fidei obedientia, quae ita ad nos conuenit  
requiritur, vt hanc Paulus Euangelicam praedicationis finem esse, non vno loco testetur. Similiter  
patrefamilias, quem illi conuenire debuerunt, non vulgare fidei & charitatis exemplum proponit.  
Quam enim periculosum fuerit Christo conuersari, nuper diximus. Accedebat insuper inuicem  
quodam

quodam  
nacu  
haur  
die, qu  
horribi  
adde  
pote  
I  
lis q  
uis de  
nibus q  
presen  
cum sa  
eunden  
Conin  
cipuun  
vi iux  
idant  
& que  
Pri  
dation  
emlo  
quem  
peccan  
mox in  
optim  
sed ill  
tione i  
quam  
bendi  
quomo  
hic sub  
prodes  
ga lue  
Pr  
arbitr  
stetur  
Ame  
quoad  
nonda  
inter p



quodam & iactura, si illi locum daret, egeno & pauperi, cum in tanto concursu non deessent, qui concinaculum aliquo pretio conducerent. At quia Christum iam ante cognouerat, & illius spiritum mouebatur, omnia alia facile contemnit, quae diuersum suadere poterant. Imitemur nos exemplum hoc hominis, quando multa obflare videntur, quo minus Christo & cultoribus ipsius locum demus. Etsi enim horribilis sit multorum ferocia, qui illum vndiq; profligatum vellent, potest tamen ille & suis animum addere, & hostium conatus frangere, ne quod volumus possint. Illi debetur benedictio, honor, gloria & potestas in aeternum. Amen.

H O M I L I A C X V I I .

Et cum accumberent ederentq; ait Iesus: Amē dico uobis, unus ex uobis prode me, qui edit mecum. Ipsi uero ceperunt esse tristes, & dicere ei sigillatim, Num quid ego? Et alius, Num quid ego? Ipse autē respondens dixit eis: Unus ex duodecim qui intingit mecum in catinum. Filius quidē hominis abit, sicut scriptum est de eo: sed uā homini illi, per quē Filius hominis proditur. Bonū erat ei, si natus nō fuisset homo ille.

**I**nter praecipua, quae mortem Iesu Christi praecesserunt, cum primis memorabilis est Cena paschalis, quam cum discipulis suis postremam habuit. Vt enim pater vel discessurus vel moriturus, cum uelis praefinis suis de rebus grauibus & maxime necessarijs agere: Ita Christum fecisse pater cum ex diuersis actionibus quas cum discipulis habuit, tum ex concione illa diligenti, quae apud Ioannem describitur. In presenti autem prima narratur actio, quae illi cum Iuda intercessit, quem ipsius prodendi consilium cum sacerdotibus iam iniuisse nuper audiuimus. Etsi enim hoc illum fecisse seuerus Christus, tamen eundem ad mensam suam admittit, imo amice & fideliter de ijs admonet, quae ipsum scire intererat. Continentur ergo hic multae, quae ad nostram instructionem & consolationem faciunt, inter quae praecipuum est, quam diligenter admoneri debeant qui ad Cenae mysticae communionem accedere uolunt, ut iuxta Pauli praecipitum seipsos probent, ne dum suis sceleribus illam prophane, sibi ipsi iudicium edant & bibant. Sed ut singula rectius intelligantur, actionis huius personas ex ordine inspicimus, & quae hic breuiter perstringuntur, aliunde sarcimus.

Argumentū est uobis praefinis loci. In Ioan. 14. 15. 16. 1. Corinth. 11.

Primus hic prodit ipse Dominus noster Iesus Christus, qui (ut Ioannes scribit) morti suae recodatione conturbatus, Iudam admonet, qui in hanc cum sacerdotibus conspirauerat. Suo autem exemplo praecipit de diligendis inimicis interpretatur, quo hodie multi abuti solent. Sunt enim qui, ne quem odisse uideantur, omnia distimulant, nec aliquem admonent, licet illum ex auisimè peccare, & peccando ad interitum ruere uideant. Sunt item qui si arguantur, uel officij admoentur liberius, mox in monitoribus suis charitatem de syderant, & illud omne ex odij affectu proficij clamant. At optimus sui interpres Christus est, qui cum ipsa sit charitas, Iudae tamen scelus distimulare noluit, sed illum libere & serio admonet. Vnde discemus, nequaquam peccare eos, qui pro sua uocationis ratione idem uel publice uel priuatim faciunt. Imò non aliud officij amoris honestius & salutaris est, quam si fida admonitione reuocentur in uiam, qui sibi ipsi exitium accersunt. Nec amicorū loco habendi sunt, qui proximi sui peccata distimulare possunt. Si enim filium odit pater, qui uirga parcit, quomodo amicum uel inimicum diligere dicitur, qui peccantē nec admonet, nec corripit? Ne quid tamen hic sub charitatis praetextu peccetur (quod facile fit propter inuicem nobis philantia affectum) prodeest Christi exemplum diligenter considerare, ut eadem ratione & ordine utamur, quo ille erga Iudam usus est.

Christus Iudam admonet. Ioan. 13. Matth. 5. Prouerb. 3.

Primum, quia impunitatis spe plerumq; homines peccant, dum se latere & scelera sua celari posse arbitrantur, Christus Iudae scelus ita arguit, ut nomini quidem ipsius parcat, satis tamen aperte censeatur, se nihil eorum ignorare, quae ille cum sacerdotibus egerat. Nam cum graui asseueratione ait: Amen dico uobis, unus ex uobis prode me, qui edit mecum. Habent hic singula uerba suum pondus quoad sceleris amplificationem, at tamen persona (ut modo diximus) parcat adhuc, eod quod illud nondum esset publicum, nec quengquam adhuc offenderat. In correptionibus ergo uel admonitionibus inter peccata publica uel manifesta & occulta distinguendum est, & hac quidem prudenter tegi de-

Scelus arbitrat, ne hoc latere putet. Amen dico uobis, unus ex uobis prode me, qui edit mecum. Habent hic singula uerba suum pondus quoad sceleris amplificationem, at tamen persona (ut modo diximus) parcat adhuc, eod quod illud nondum esset publicum, nec quengquam adhuc offenderat. In correptionibus ergo uel admonitionibus inter peccata publica uel manifesta & occulta distinguendum est, & hac quidem prudenter tegi de-

